

OFFICIA PROPRIA DIOECESIS BRIXINENSIS

Imprimatur.

Brixinae, 1. Novembris 1914.

† FRANCISCUS, Eps.

Quod se in officiis propriis dicitur, videlicet:
Cath. s. Petri Antiochiae dupl. maj. com. s. Pauli Ap.
S. Petri Damiani E. C. Eccl. D. dupl.
S. Mathiae Ap. dupl. 2. class.
S. Casimiri C. sem. com. s. Lucii I. Pp. M.
Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm. dupl.
S. Thomae de Aquino C. Eccl. D. dupl.
S. Joannis de Deo C. dupl.
S. Franciscus Romanus Vid. dupl.
Ss. Quadragesima Mm. sem.
S. Gregorii I. Pp. C. Eccl. D. dupl.

KALENDARIUM PERPETUUM IN USUM DIOECESIS BRIXINENSI.

PARS VERA.

- Februarius.**
- S. Joannis de Matha C. dupl.
 - S. Cyrilli E. Alexandrinini, C. Eccl. D. dupl. com. s. Apolloniæ V. M.
 - S. Scholastica V. dupl.
 - Apparitionis BMV. Immaculatæ, dupl. maj.
 - Ss. Septem Fundatorum Ordinis Servor. BMV., Cc. dupl.
 - S. Valentini Presbyt. M. simpl.
 - Ss. Faustini et Jovitiae Mm. simpl.

- S. Simeonis E. M. simpl.

- Cathedra s. Petri Antiochiae, dupl. maj. com. s. Pauli Ap.
S. Petri Damiani E. C. Eccl. D. dupl.
S. Mathiae Ap. dupl. 2. class.

Martius.

- S. Casimiri C. sem. com. s. Lucii I. Pp. M.
- Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm. dupl.
- S. Thomae de Aquino C. Eccl. D. dupl.
- S. Joannis de Deo C. dupl.
- S. Franciscus Romanus Vid. dupl.
- Ss. Quadragesima Mm. sem.
- S. Gregorii I. Pp. C. Eccl. D. dupl.

- 16.
17. S. Patricii E. C. dupl.
18. S. Cyrilli E. Hierosol., C. Eccl. D. dupl.
19. S. Joseph, Sponsi BMV., C. dupl. 2. class.
- 20.
21. S. Benedicti Abb. dupl. maj.
- 22.
- 23.
- 24.
25. Annuntiatio BMV. dupl. 1. class.
- 26.
27. S. Joannis Damasceni C. Eccl. D. dupl.
28. S. Joannis a Capistrano C. sem.
- 29.
- 30.
- 31.

Festum mobile.

Feria VI. post Domin. Passionis. Septem Dolorum BMV. dupl. maj. com. Feriae.

Aprilis.

- 1.
2. S. Francisci de Paula C. dupl.
- 3.
4. S. Isidori E. C. Eccl. D. dupl.
5. S. Vincentii Ferrerii C. dupl.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
11. S. Leonis I. Pp. C. Eccl. D. dupl.
- 12.
13. S. Hermenegildi M. sem.
14. S. Justini M. dupl. com. ss. Tiburtii et Soc. Mm.
- 15.
- 16.
17. S. Aniceti Pp. M. simpl.
- 18.
19. S. Geroldi C. dupl.
- 20.
21. S. Anselmi E. C. Eccl. D. dupl.
22. Ss. Soteris et Caij Pp. Mm. sem.
23. S. Georgii M. sem.
24. S. Fidelis a Sigmarina M. dupl.
25. S. Marci Evang. dupl. 2. class.
26. Ss. Cleti et Marcellini Pp. Mm. sem.
- 27.
28. S. Pauli a Cruce C. dupl. com. s. Vitalis M.
29. S. Petri M. dupl.
30. S. Catharinæ Senen. V. dupl.

Festa mobilia.

Sabb. ante Domin. II. post Pascha. Translatio s. Cassiani E. Patroni princ. Diœcesis. dupl. 1. class. cum oct. commun.

- Sabb. ante Domin. III. post Pascha. Octava s. Cassiani E. M. dupl. maj. com. oct. s. Joseph.
- Feria 4. infra Hebdom. II. post oct. Pasch. Solemnitas s. Joseph, Sponsi BMV. C. et Eccl. univers. Patroni dupl. 1. class. cum oct. commun.
- Feria 4. infra Hebdom. III. post oct. Pasch. Octava s. Joseph C. dupl. maj.

Majus.

1. Ss. Philippi et Jacobi App. dupl. 2. class.
2. S. Athanasii E. C. Eccl. D. dupl.
3. Inventio s. Crucis dupl. 2. class. com. ss. Alexandri I. Pp. et Soc. Mm.
4. S. Monicæ Vid. dupl.
5. S. Pii V. Pp. C. dupl.
6. S. Joannis ante Portam Latinam dupl. maj.
7. S. Stanislai E. M. dupl.
8. Apparitio s. Michaëlis Archang. dupl. maj.
9. S. Gregorii Nazianzeni E. C. Eccl. D. dupl.
10. S. Antonini E. C. dupl. com. ss. Gordiani et Epimachi Mm.
- 11.
12. Ss. Nerei, Achillei et Domitilla V. atque Pancratii Mm. sem.
- 13.
14. S. Bonifacii M. simpl.
15. S. Joannis Baptiste de la Salle C. dupl.
16. S. Joannis Nepomuceni M. dupl. com. s. Ubaldi E. C. (semid.).
17. S. Paschalis Baylon C. dupl.
18. S. Venantii M. dupl.
19. S. Petri Celestini Pp. C. dupl. com. s. Pudentianæ V.
20. S. Bernardini Senensis C. sem.
- 21.
- 22.
- 23.
- 24.
15. S. Gregorii VII. Pp. C. dupl. com. s. Urbani I. Pp. M.
16. S. Philippri Neri C. dupl. com. s. Eleutherii Pp. M.
17. S. Bedæ Venerabilis C. Eccl. D. dupl. com. s. Joannis I. Pp. M.
18. S. Augustini E. C. dupl.
19. S. Mariæ Magdalena de Pazzis V. sem.
20. S. Felicis I. Pp. M. simpl.
21. S. Angelæ Mericiæ V. dupl. com. s. Petronillæ V.

Festum mobile.

Feria 6. post octav. Corp. Christi. Sacratissimi Cordis Jesu. dupl. 1. class.

Junius.

- 1.
2. Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Mm. simpl.
- 3.
4. S. Francisci Caracciolo C. dupl.
5. S. Bonifacii E. M. dupl.
6. S. Norberti E. C. dupl.
- 7.
- 8.

9. Ss. Primi et Feliciani Mm. simpl.
10. S. Margaritæ Reginæ Vid. sem.
11. S. Barnabæ Ap. dupl. maj.
12. S. Joannis a s. Facundo C. dupl. com. ss. Basilidis et Soc. Mm.
13. S. Antonii de Padua C. dupl.
14. S. Basilii Magni E. C. Eccl. D. dupl.
15. Ss. Viti et Soc. Mm. simpl.
- 16.
- 17.
18. Ss. Marci et Marcelliani Mm. simpl.
19. S. Julianæ de Falconeriis V. dupl. com. ss. Gervasii et Protasii Mm.



OFFICIA PROPRIA SANCTORUM DIOECESIS BRIXINENSIS.

PARS VERNA.

Die 19. Aprilis.

S. Geroldi Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Adéstō, Dómine, supplicationibus nostris, quas in beati Geroldi Confessoris tui solemnitate deférimus: ut qui nostraë justitiæ fidúciam non habémus; ejus qui tibi plácut, précibus adjuvémur. Per Dóminum.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nooturno.

Lectio iv.

Geroldus, ex Saxonæ Ducum stirpe et familiâ oriündus, ejusque

gentis Dux trigésimus octávus, spretis mundi vanitátibus et illéebris, eo loco propósuit vitam ágere eremiticam, in quo dedúctus secum aséllus cum sárcina consedíset; qui cum in vallem Drusiánam usque ad locum Friésa dictum ad quercum antiquam pervenísset, ibidem suo dōmino, quo institútum suum perfícere posset, sub ónere quiéscens, locum osténdit.

B. Honéstum fecit illum Dóminus et custodívit eum ab inimícis et a seductóribus tutávit illum:
* Et dedit illi claritatēm ætérnam, alleltija. **V.** Justum dedúxit Dóminus

per vias rectas et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Quem póstea ibi comorántem duo filii Cuno et Udalricus, summo reviséndi patris desiderio ducti, longo post témporis intervallo, diu multúmque quæsítum, tandem miráculis et vi-tæ sanctitaté célebrem reperérunt, idque magno suo bono: patris enim exémplo sancto provocati, eándem sibi vivéndi rationem indixérunt, ibidémque, mundi curis ómnibus proscriptis, totos se vigiliis precibúsque mancipárunt. Quos tres Dei servitio ita simul addictos Otto, Jagdbérgæ Comes, ex Montfórtium Cómitem familia, quoniam in venatióne indicio canum repertos summe admirátus amicissimique compléxus, in singulári deinceps hábitu veneratióne: cuius étiam liberalitáte Geroldus mona-

steríolum ibidem, hódie ex Sancti nómime: Præpositura sancti Geroldi nuncupátum, cóndidit.

R. Amávit eum Dóminus et ornávit eum, stola gloriæ induit eum * Et ad portas paradisi coronávit eum, alleluja. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei et ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Cum autem sanctus Geroldus perséns appropinquare sibi vitá terminum, evulsis aliquot terræ, quam incólébat, cespítibus et peram conjéctis, comitántibus filiis ad erénum Divæ Virginis vulgo Einsiedeln concéssit et ad altáre Deíparæ se. liberos et fundum, de quo céspites erant asportati sedémque dedit et dicivit: brevíque Friésam unde vénerat, revertens ibidem vitam circa annum nongentésimum septuagésimum octavum

décimo térito Kaléndas Maji terminávit eódem loco sepultus. Filii póstea, in erémo hábitu sancti Benedícti sumpto, non absque sanctitatis fama mórtui, Friésæ utérque, Udalricus quidem in aede patérra, Cuno vero in sacélo divi Antónii sepultus est.

R. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus et dixit ad eum: ingrédere in réquiem meam * Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus alleluja. Iste est, qui contémpsit vitam mundi et pervénit ad cœlestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III. Nooturno.

Lectio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vii. Cap. 19.

In illo témporte: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in régionem longinquam ac-

cipere sibi regnum et reverti. Et réliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

In quæstionibus in Evangel. sec. Luc. quæst. 46.

Homo iste nóbilis ipse Dóminus noster Jesus Christus intelligitur, régio longinquæ Ecclésia géntium usque ad fines terræ; reverti tamen se dicit: ábiit enim, ut plenitudo géntium intráret: revertétur, ut omnis Israél salvus fiat. Per decem mñas legem significat propter decálogum, decem autem servos, quibus sub illa pósitis grátia prædicata est: sic enim intelligendum est: eis datas mñas ad usum, cum intellexerint, eam ipsam legem, remoto velámine, ad Evangélium pertinére. Cives ejus, qui post eum misérunt legatióne, dicentes, se nolle, ut regnet sibi, Judái sunt, qui étiam

post resurrectiōnem ejus misérunt persecutōres Apóstolis et prædicatiōnem Evangélii respue-runt.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum, alleluja. **V.** Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, absti-nens se ab omni ópere malo et pémanens in innocéntia sua. Ipse.

Lectio viii.

Redit autem accépto regno, quia in mani-festíssima et eminentíssima claritatē ventúrus est, qui eis húmilis appáruit, cum díceret: re-gnum meum non est de hoc mundo. Quod autem servi reddéntes ratiónem ex eo, quod accéperant, laudántur, qui lucráti sunt, signíficat, eos bonam réddere ratiónem, qui bene usi sunt eo, quod

accepérunt, ad augéndas divitiás Dómini per eos, qui credunt in eum: quod qui fácere nolunt, in illo significati sunt, qui mniam suam in su-dário servávit.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ar-dentes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a níptiis, alleluja. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et. Glória Patri. Et.

Lectio ix.

Sunt enim homines hac sibi perversitáte blan-dientes, ut dicant, súf-ficit, ut de se unusquisque ratiónem reddat; quid opus est áliis prædicare, ut étiam de ip-sis ratiónem réddere quisque cogátur? cum apud Dóminum étiam illi sint inexcusábiles, quibus lex data non est, neque audito Evangélio

dormíerunt: quia per creatúram pótérant co-gnoscere Creatórem, cu-jus invisibilia, a consti-tutiōne mundi per ea, quæ facta sunt, intel-lécta conspiciúntur. Hoc est enim quasi métere, ubi non seminávit, id est, étiam eos impietatis reos tenére, quibus ver-bum legis aut Evangélii non ministrátum est. Hoc autem véluti periculum judicii devitantes, pigro languore a verbi mini-stratiōne conquiéscunt: et hoc est, quasi in su-dário ligáre, quod ac-cepérunt. Te Deum.

In utrísque Vesperis et Laudibus.

V. Ora pro nobis, sancte Cassiáne, alleluja. **R.** Ut digni efficiámur promissiōnibus Christi, alleluja.

Oratio.

Omnipotens sempitér-ne Deus, qui beá-tum Cassiánum Pontíficem martyrii coróna decorásti: concéde, propitius; ut, cujus Solém-nia cólimus, ejus Patro-cínia sentiámus. Per Dó-minum.

In I. Nocturno.

De Actibus Apostolórum.

Lectio i. Cap. 20.

A Miléto Paulus mittens Ephesum, vocávit majóres natu Ecclésiæ, qui cum veníssent ad eum, et simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die, qua ingrés-sus sum in Asiam, quáliter vobíscum per omne tempus fúerim, sérviens Dómino cum omni hu-

Festum Mobile.

Sabbato ante Domin. II. post Pascha.

Translatio S. Cassiani
Episc., Mart., Patroni
princip. Diœcesis.

Duplex 1. class. cum Oct. com-muni.

Omnia de Communi unius
Martyris tempore Paschali,
præter sequentia.

militáte, et lácrimis, et tentatiónebus, quæ mihi accidérunt ex insidiis Judæórum: quómodo nihil subtráxerim útilium, quo minus annuntiárem vobis, et docérem vos pùblice et per domos, testificans Judæis atque gentilibus in Deum pœnitentiam, et fidem in Dóminum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligátus ego spíritu, vando in Jerúsalem: quea in ea ventúra sint mihi, ignórans: nisi, quod Spíritus Sanctus per omnes civitátes mihi protestátur, dicens: quóniam víncula, et tribulatiónes Jerosólymis me manent. Sed nihil horum véror: nec fácio ánimam meam pretiosiorem, quam me, dúnimodo consúmmem cursum meum, et ministérium verbi, quod accépi a Dómino Jesu testificari Evangélium gráttiae Dei.

R. Beátus vir, qui mérit Dóminum, allelúa.*

In mandatis ejus cupit nimis. allelúa, allelúa, allelúa. **V.** Glória et divitiæ in domo ejus, et justitia ejus manet in sǽculum sǽculi. In mandatis.

Lectio ii.

Et nunc ecce ego scio. quia amplius non vidébitis fáciem meam vos omnes, per quos transvíi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodiéra die, quia mundus sum a sanguine ómnium. Non enim subterfugi, quo minus annuntiárem omne consilium Dei vobis. Atténdite vobis, et unívérso gregi, in quo vos Spíritus Sanctus pósuit Episcopos régere Ecclésiam Dei, quam acquisívit sanguine suo. Ego scio, quóniam intrábunt post discessióinem meam lupi rapáces in vos, non parcéntes gregi. Et ex vobis ipsis exsúrgent viri loquéntes perversa, ut abdúcant discípulos post

se. Propter quod vigílate, memória retinéntes, quóniam per triénnum nocte et die non cessávi, cum lácrimis monens unumquémque vestrum.

R. Tristitia vestra, allelúa * Convertétur in gáudium, allelúa, allelúa. **V.** Mundus autem gaudébit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Convertétur.

Lectio iii.

Et nunc comméndo vos Deo, et verbo gráliæ ipsius, qui potens est ædificare, et dare hereditatēm in sanctificatís ómnibus. Argéntum et aurum aut vestem nullius concupívi, sicut ipsi scitis: quóniam ad ea, quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministráverunt manus istæ. Omnia osténdi vobis, quóniam sic labórántes, opórtet suscípere infírmos, ac meminisse verbi Dómini Jesu, quóniam ipse dixit: Beátius

est magis dare, quam accípere. Et cum hæc dixisset, pósitus génibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ómnium: et procumbéntes super collum Pauli osculabán̄tur eum, doléntes máxime in verbo, quod dixerat, quóniam amplius fáciem ejus non essent visúri. Et deducébant eum ad navem.

R. Pretiosa in conspéctu Dómini, allelúa * Mors Sanctórum ejus, allelúa **V.** Custódit Dóminus ómnia ossa eórum, unum ex his non conterétur. Mors. Gloria Patri. Mors.

In II. Nooturno.

Sermo S. Petri Damiáni de S. Cassiáno Mártire.

Lectio iv.

Admirábilis, et gloriósa nostra dis pensatio. Condítoris, fratres caríssimi, ita cursum nostræ mortalitatis instituit, ut per succedéntium vicissitu-

dines tēporum divēr-sae nobis victoriosōrum militum Christi festivi-tates occurrant, quae no-stros áimos ad amōrem illius summæ et conti-nuae solemnitatis accén-dant. Plane cum totius anni círculum triumphá-libus modo Mártyrum, modo Confessórum titu-lis Deus omnípotens vá-riat; quid áliud, quam velut sertum gloriæ cón-struit, quod útique de-córa liliórum, atque ro-sárum varietáte depín-gitur.

R. Lux perpéta lucé-bit sanctis tuis, Dómine,
* Et ætérnitas tēpo-
rum, alleluja. **V.** Lætitia
sempitérna erit super
cápita eórum, gáudium,
et exsultatióne obtiné-
bunt. Et ætérnitas.

Lectio v.

Inter quas festivitátes, et hodiérna non ignó-bilis est. Cassiáni scili-licet Mártyris, qui pro-fecto Regis æténni stre-nuissimus bellátor di-

vérsis subjácuit suppli-ciis. Enim vero Cassiá-nus, cui famulatúrus es-t sermo, diu quidem lá-tuit, sed cum ad certá-men pervéntum est, quid acrimóniae, quid sapórís, quid fortitúinis granum sinápis occultáret, apé-ruit. Imo juxta nómínis sui præságium, cum in passiónis pila persecu-tórum mánibus pinsi cœ-pit, et áteri, mox fragrántiam odoríferæ suavitatis, quae in se laté-bat, aspérsit. Cássia si-quidem spécies est aro-mática, quae íntegra qui-dem nullius esse vidé-tur odóris, trita autem naturális vim suavitatis emittit.

R. In servis suis, alle-luja, * Consolábitur Deus, alleluja. **V.** Judicábit Dó-minus pópulum suum, et in servis suis. Con-solábitur.

Lectio vi.

Béatus itaque Cassiá-nus, ut gestórum il-lius testátur história, dum

scholárum Doctor exsí-steret, brevibúsque notis terba comprehéndere píeros erudíret, pro fide Christi ad quæstionem sedúctus est. Cumque telo succénsus fidei jú-licum decréta contémne-ret, et sacrificia profána talcáret, discipulórum mánibus ad cruciandum tráditus est; ut illis ver-sa vice pœnas exsólve-ret, quos ipse dudum sub disciplinæ ferula te-ruísset. Mox itaque induméntis exúitur mánibus post terga ligátur, armáto stylis, et tábulis puerórum furéntium ágmine circumfúnditur: qui indique compúnctus, at-que discréptus, toto cör-pore lacerátur. Novum plane et inusitatum ge-tus martýrii insígnem Deo Mártyrem consecrávit.

R. Filiae Jerúsalem ve-nite et vidéte Mártyres um corónis, quibus con-ponávit eos Dóminus * in die solemnitatis et læltiæ, alleluja. **V.** Quó-

niam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit filios tuos in te. In. Gloria Patri. In.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10.

In illo tēpore: dixit Jesus discipulis suis: Cum persequéntur vos in civitáte ista, fúgite in áliam. Et réliqua.

Homilia sancti Athanásii Episcopi.

Sin lege præcé-pum erat, ut con-stitueréntur ci-vitátes refugiórum, ut, qui quomodo címque ad necem quæreréntur, ser-vári possent. In con-summatiōne porro sæcu-lórum cum advenísset illud ipsum verbum Pa-tris, quod Moysi ántea locútum fúerat, rursus hoc præcéptum dedit: cum vos, inquiens, per-secuti fúerint in civitáte ista, fúgite in áliam,

paulóque post súbjicit: cum vidéritis illam abominatióne desolatiónis, quæ dicta est per Daniélem Prophétam consisténtem in loco sancto (qui legit, intellígat), tunc qui in Judáea sunt, fúgiant ad montes, et qui in tecto est, ne descén- dat tollere áliquid de domo sua: et qui in agro est, non revertátur tollere túnicam suam.

R. Ego sum vītis vera et vos pálmites, * Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, allelúja, allelúja. **V.** Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii.

Haec cum scirent Sancti, ejusmodi tenuérunt suæ conversatiónis institútum. Quæ enim nunc præcépit Dóminus, éadem quoque ante suum in carne advéntum locútus est in sanctis: et hoc institútum hómines ad perfectionem ducit.

Nam quod Deus jússerit, id omnino faciéndum est. Ideóque et ipsum Verbum, propter nos homo factum non indignum putávit, cum quererétur, quemádmodum et nos abscondere se; et cum persecutióne paterétur, fúgere, et insidias declinare: cum autem a definitum tempus ipse adduxisset, in quo corporaliter pro omnibus parti volébat, ultro seipsum trádidit insidiántibus.

R. Cándidi facti sunt Nazaréi ejus, allelúja. Splendórem Deo dedé- runt, allelúja. * Et sicut lac coaguláti sunt, allelúja, allelúja. **V.** Candi- dióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphíro pulchrióres. Et sicut. **Gloria Patri.** Et sicut.

Lectio ix.

At vero sancti hómines cum hanc formam quoque a Salvatóre dicidissent (ab ipso enim

et ántea, et semper omnes docebántur) advérsus persecutóres, ut legitime certárent, fugiébant, et ab illis quæsiti, se abscondébant. Cum enim præstitúti sibi a divina providéntia témporis finem ignorárent: tolébant insidiántibus sémtere trádere: sed contra, cum scirent, quod scriptum est, in mánibus Dei esse hóminum sortes, et Dóminum morificare, et vivificare; pónius in finem usque perseverábant, et circumstán- tes, ut ait Apóstolus, in melótis, et pélibus aprínis egéntes, angustiáti, in solitudinibus rrántes, et in speluncis et cavérnis terræ laténtes, quoad vel definitum mortis tempus veníret. vel qui tempus ipsum definierat Deus, cum eis quererétur, et insidiántes prohibéret, aut certe persecutóribus eos tráderet, atcúmque illi placuisset.

Te Deum.

In 2. V. com. Dom. 2. p. Pasch.

Ant. Ego sum pastor óvium, ego sum via, véritas et vita: ego sum pastor bonus et cognósco oves meas, et cognoscunt me meæ, allelúja, allelúja. **V.** Mane nobiscum Dómine, allelúja, **R.** Quóniam advesperáscit, allelúja.

Oratio.

Deus, qui in Filii tui humilitate jacéntem mundum erexisti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætitiam, ut quos perpétuæ mortis eripiústi casibus, gáudiis fáciyas pérfrui sempitérnis. Per eúndem Dóminum.

Feria II. infra Octavam Translat. S. Cassiani.

Infra octav. et in die octava ant. psl. ad omnes Horas et **V.** ad Matut. ex psalterio.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente cum **R.** de feria.

In II. Nocturno.

De Sermóne sancti Petri Damiáni de sancto Cassiáno Mártyre.

Lectio iv.

Nidetur autem hæc Martýrii spécies ad similitúdinem comparándam nulli mélius posse congrúere, quam ipsi Regi Mártirum Dómino Salvatóri. Nam et ille a suis discipulis occísus est, Judæis videlicet, quibus præcépta décalógi próprio dígito descripta tradide-rat, quos cæremóniis suis, sacrificiorúmque ritibus instrúxerat: quos certe ad omnem vivéndi rectitudinem tamquam téneros sub disciplina púeros informáverat. Sicut ipse per Isaiam dicit: Filios enutrívi, et exaltávi: ipsi autem sprevérunt me. Nam et illi carnáles Isra-elítæ puerórum nómíne digni fúerant, qui mandáta legis Prophetarúmque mystéria non senili

gravitáte pensábant; sed ómnia superficie tenuis ac pueriliter intelligébant.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine.

Et ætérnitas téporum, allelúja, allelúja. **L**ætitia sempiterna erit super cápita eórum, gaudiu[m] et exsultationem obtinébunt. Et ætérnitas

Lectio v.

Quod cum i divérsu[m] scripturárum possit auctoritatē firmári, tantum sufficiat hic apónere, quod Elisæ Prophétæ lègitur confíssus. Nam cum ascénderet per viam, que

ducit Bethel, pueri parvi egréssi de civitáte illudébant ei: dicéntes: ascénde calve, ascénde calve. Qui cum respxisset, vidi eos, et maledixit eis in nómíne Dómini. Moxque scriptúra subjungit: quia egréssi sunt duo ursi de saltu, et laceravérunt eis quadraginta duos pa-

eros. Sane quid per Eli-séum, nisi mediátor Dei et hóminum debet intéligi? Quid vero per Bethel, quæ domus Dei interpretátur, nisi beatitudo cœlestis exprimitur? Per viam ergo, quæ duit Bethel, Redémptor noster ascendébat, quan-
to passióni appropin-
quábat; sicut jam in psa sacrosáncta et my-
stica coena dixit discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me.

R. In servis suis, allelúja. **C**onsolábitur Deus, allelúja. **J**udicábit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. **C**onsolábitur.

Lectio vi.

Sed dum ascéndit Be-thel, id est, dum per sacratissimæ passiónis suæ mystérium redire conténdit ad Patrem, pueri parvi egréssi de civitáte, illúdunt ei dicéntes: Ascénde calve, ascénde calve. Quia Ju-

déi omnis gravitatis, et sapiéntiæ póndere vácui, illáque pueritia páryuli, de qua dicitur: male-dictus puer centum an-nórum; eum ad locum, qui dicitur Calváriæ, pér-trahunt, atque adversus eum viperinis irrigiónum, et opprobriórum fúriis inardéscunt. Calváriæ autem locus ille dicebá-tur a calvitii amputátis, qui illic damnati decollári consuéverant.

R. Filiæ Jerúsalem, ve-nite et vidéte. Mártires cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus. **I**n die solemnitatis et lætitiae, allelúja. **Q**uóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit filios tuos in te. **I**n Glória Patri. **I**n.

In III. Nooturno.

Lectio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10.

In illo témpore: dixit Jesus discipulis suis: Cum persequéntur vos

in civitáte ista, fúgite in áliam. Et réliqua.

Homilia sancti Hilárii Episcopi.

Dóminus diem ju-
dícii osténdit,
quæ abstrúsam
voluntátis nostræ cón-
sciéntiam prodet: et ea
quæ nunc occulta existi-
mántur luce cognitionis
pública déteget. Igitur
non minas, non consília,
non potestátes insectán-
tium monet esse metu-
éndas: quia dies judicii
nulla hæc fuísse atque
inánia revelábit. Et quod
dico vobis in ténebris,
dícite in lúmine: et quod
in aure auditis, prædicáte
super tecta. Non lémimus,
Dóminum sólitum fuísse
nóctibus sermocinári et
doctrinam in ténebris
tradidisse: sed quia om-
nis sermo ejus carnáli-
bus ténebrae sunt et
verbum ejus infidélibus
nox est.

Br. Ego sum vitis vera
et vos pálmites * Qui

manet in me et ego in
eo, hic fert fructum mul-
tum, allelúja, allelúja. **V.**
Sicut diléxit me Pater
et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii.

Itaque id, quod a se
dictum est, cum liber-
tate fidei et confessióni
vult esse loquéndum.
Idcireo quæ in ténebris
dicta sunt, prædicári jus-
sit in lúmine, ut quæ
secréto áurium commissæ
sunt, super tecta, id est
excélsø loquéntium præ-
cónio audiántur. Con-
stánter enim Dei inge-
rénda cognitio est et pro-
fundum doctrinæ evan-
gelicæ secrétum in lú-
mine prædicatiónis apo-
stolicæ revelandum: no-
timéntes eos, quibus cum
sit licéntia in cörpera
tamen in ánimam juc-
nullum est: sed timéntes
pótius Deum, cui per-
dendæ in gehénnæ
ánimæ et cörperis
potéstas.

Br. Cándidi facti sum-

Nazaræi ejus, allelúja,
Splendórem Deo dedé-
unt, allelúja * Et sicut
ac coaguláti sunt, alle-
lúja, allelúja **V.** Candi-
lióres nive, nitidióres
lacte, rubicundióres ébo-
re antíquo, sapphíro
pulchióres. Et sicut.

Lectio ix.

Nolite timére eos, qui
occídunt corpus. Nul-
us igitur cörperum no-
strorum casus est per-
imescéndus, neque ullus
ateriméndæ carnis ad-
mitténdus est dolor:
quando pro natúræ suæ
atque originis conditióne
resoluta, in substántiam
spirituális ánimæ refun-
diatur. Et quia doctrinis
álibus confirmátos opór-
et liberam confiténdi
Dei habére constántiam;
tiam conditióne, qua
enerémur, adjécit: ne-
atúrum se eum Patri
in cœlis, qui se homi-
bus in terra negásset:
um porro, qui confés-

sus coram homínibus se
fuíset, a se in cœlis
confiténdum: qualésque
nos nóminis sui testes
homínibus fuissémus, tali
nos apud Deum Patrem
testimónio ejus usúros.
Te Deum.

Feria III. infra Octavam

Translat. S. Cassiani.

In I. Nocturno Lectiones de
Scriptura occurrente cum R.R.
de feria.

In II. Nocturno.

De Sermóne sancti Petri
Damiáni de sancto Cas-
siáno Mártyre.

Lectio iv.

But notándum, quia
púeri egréssi de
civitáte dicún-
tur; quóniam, sicut Apó-
stolus ait: Ut sanctificá-
ret per suum sanguinem
pópulum, extra portam
passus est Dóminus:
porro quod séquitur,
quóniam egréssi duo ursi
de saltu, et dilaceravé-
runt ex eis quadraginta
duos púeros; per núme-

rum puerorum númerus signáatur annórum. Quadragesimo secúndo quippe anno post Dómini Pasiónem, sicut históriæ trádunt, Titus et Vespasiánus, duo reges de silvis géntium, tamquam duo feróces ursi de saltu ferárum dilaceráverunt púeros, quia veniéntes ad excidium Jerúsalem debelláverunt in fúrore Iudeós.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis, Dómine,
* Et ætérnitas témporum, allelúja, allelúja. **V.** Lætitia sempiterna erit super cápita eórum gáudium, et exsultationem obtinébunt. Et ætérnitas.

Lectio v.

Per púeros ergo significáti sunt, qui Dóminum crucifixérunt; púeri quoque sunt, qui beatum Cassiánum Mártyrem occidérunt. Utraque scilicet non innocens pueritia sed ártifex, et venenosa malitia. Occisus est Christus pro

Cassiáno, occisus est Cassiánus pro Christo. Dóminus pro servo, et servus pro Dómino; dicébat enim: Quid retríbuam Dómino pro ómnibus, quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accipiam, et nomen Dómini invocábo.

R. In servis suis, allelúja. * Consolábitur Deus, allelúja. **V.** Judicabit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. Consolábitur.

Lectio vi.

Sed ille mori dignátus est, ut hunc de subjugó férreo servitútis edúceret, isti mori dónatum est, ut ad hereditátem filiorum, cui adscriptus erat, cum glória perveniret. Ille suscépit mortem, ut mortem sua carne destrúeret; iste mori non tímuit, ut ad auctórem vitæ triúmph sui victor insignia reportaret; ille persecutores hábuit, quos creáverat; iste eos carnifices

pértulit, quos docébat. Sed Christus in Mártyre suo pugnábat, qui pugnándi vires administrábat: in eo solus ipse vincébat, qui illum inter certámen roborábat. Nam et tota universális Ecclésia virtútum armis acincta, contra diábolum per totum mortális vitæ hujus excúrsun in Christo dimicat: in Christo semper non sua, sed ejus virtute triúmphat. Hanc plane ex antiquo hoste victóriam, quia nóluit Synagóga, suscépit Ecclésia.

R. Filiæ Jerúsalem, venite et vidéte Mártyres cum corónis, quibus corónavit eos Dóminus * In die solemnitatis et lætitiae, allelúja. **V.** Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedixit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secundum Matthéum.

Lectio vii. **Cap. 10.**
In illo tempore dixit Jesus discípulis suis: Cum persequéntur vos in ci-vitáte ista, fúgite in áliam. Et réliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbýteri.

Ex comm. in Matth. c. 10. 1.

Et quomodo in præsénti sǽculo multórum víta nesciúntur? Sed de futúro sǽculo scribitur: Quando judicabit Deus abscondita hóminum, et illuminabit látebras te-nebrárum, et manifestabit consilia córdium. Et est sensus: Nolite timére persecutorum sævíiam, et blasphemántium rábiem: quia véniet dies judicii, in quo vestra virtus et eórum nequítia demonstrábitur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine; et quod in aure auditis, predícate super tecta. Quod auditis in mystério, apér-tius prædicáte: quod dí-

scitis abscondite, publice loquimini: quod vos erudivi in pàrvulo Judææ loco in univérsis úrbibus et in toto mundo audácter dícite.

R. Ego sum vitis vera et vos pàlmites, * Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, allelúja, allelúja. **V.** sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii.

Eum timéte, qui potest ánimam et corpus perdere in gehénnam: Nomen gehénnam in vétéribus libris non inventur, sed primum a Salvatōre pónitur. Quæramus ergo, quæ sit sermonis hujus occasio. Idolum Baal juxta Jerúsalem, ad radicem montis Móriæ, in quibus Siloe fluit, non semel lègimus. Hæc vallis, et parvi campi planities irrigua erat, et nemorosa, plenaque delíciis lucùsque in ea idólo consecrátus erat. In tantam autem

deméntiam populus vénérat, ut desérta templi vicinia, ibi hóstias immoláret, et rigórem religiónis delíciae víncerent, filiósque suos dæmóniis incénderent vel initiárēt: et appellabatur locus iste Gehénnon id est. Vallis filii Hennon.

R. Cándidi facti sunt Nazaræi ejus, allelúja, Splendórem Deo dedérunt, allelúja. * Et sicut lac coagulati sunt, allelúja, allelúja. **V.** Candióres nive, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphiro pulchrióres. Et sicut. Glória Patii. Et sicut.

Lectio ix.

Futura ergo supplicia et poenæ perpétuae, quibus peccatóres cruciándi sunt, hujus loci vocáculo denotántur. Duplicem autem esse gehénnam nímii ignis et frigoris, in Job plenissime lègimus. Quod autem ait: Vestri autem capilli capitum omnes numeráti

sunt; derídent intelligéntiam ecclesiásticam in hoc loco, qui carnis resurrectiōnem negant: quasi et nos capillos, qui numeráti sunt, et a tonsore decisi, omnes dicámus resúrgere: cum Salvátor non dixerit: Vesti autem capilli capitum omnes salvándi sunt, sed, numeráti sunt. Ubi númerus, et sciéntia númeri demonstrátur, non ejusdem númeri conservátio. **T**e Deum.

Feria IV. infra oct. nihil fit de oct. s. Cassiani; fer. V. et VI. fit tantum com. s. Cassiani.

Sabbato, i.e. in die Octava

Translat. s. Cassiani

Duplex maj.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente cum **R.** de feria.

In II. Nocturno.

De Sermóne sancti Petri Damiani de sancto Casíiano Mártyre.

Lectio iv.

Quod vobis, fratres caríssimi, mélius osténdi-

mus, si véteris instrumenti victoriā, quæ per mulierem facta est, ad memoriā revocémus. Nam ut paucis verbis sacra comprehéndatur história, Debbóra Prophétis uxor Lápidoth, judicábatur pòpulum illo tempore, et sedébat sub palma inter Rama et Bethel, in Monte Ephrāim: ascendebántque ad eam filii Israël in omne iudicium. Sed sic ad exitum celérius pervenit, si dum história téxitur, per partes interim exponátur. Per Debboram sane, quæ loquéla, sive apis interpretátur, prophetia non inconvenienter accipitur. Apis quippe mellificat, et de prophetia per Psalmistam dicitur: Quam dulcia fáucibus meis eloquia tua. Dómine, super mel et favum ori meo. Interim nolo vos láteat, dilectissimi, quia história hæc, quam tractándam ex occasione suscépi-

mus, plúribus tñndiget verbis, quia multis nrest repléta mystériis: sed eam idcirco sub brevità contráhimus, ut dilectionem vestram prolixitatis tñdicio non gravémus.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, * Et aetérnitas témporum, alleluja, alleluja. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eórum, gáudium, et exultationem obtinébunt. Et aetérnitas.

Lectio v.

Considerémus itaque, ubi sedem habére prophetia describitur, videlicet sub palma, quia quos prophética doctrina suis institutiónibus érudit, ad palmam supérnæ vocatióis addúcit, dumque per eam hómines vivéndi órdinem discunt, vitiórum rebellántium víctores fiunt. Nec prætereundum, quod inter Rama et Bethel sedissee perhibétur. Rama siquidem excélsa, Bethel do-

mus Dei, sicut jam diximus, interpretátur. Reute igitur Prophetia inter Rama et Bethel habitare describitur; quia quisquis prophéticis studet invigilare doctrínis, quisquis sacrárum scripturárum sincére vacat elóquiis, sic in domo Dei per desidérium mentis inhábitet, ut non ínfima, et momentánea, sed excélssa pótius, atque cœlestia semper inquirat.

R. In servis suis, alleluja. * Consolábitur Deus, alleluja. **V.** Judicabit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. Consolábitur.

Lectio vi.

Hæc vocávit ad se Barach, porro Barach interpretátur coruscatio. Coruscatio autem habet quidem lucem, sed non diútius permanéntem: mox enim ut lucére incipit, illico déficit. Barach igitur iste Israeliticí pópuli figúram tenet, qui primus ómnium prophé-

ticis instrúctus oráculis, aliquántulum quidem in accépta lege refúlsit, sed brevi témpore coruscávit, in lege quippe, de qua dictum est: Lucérna pédibus meis verbum tuum Dómine, lumen sémitis meis; antíquus ille pópulus lucére cœpit, sed désiit. Corúscum quasi claræ vitæ protulit, sed in lúcidis opéribus non permánsit. Nam dum dícerent: Omnia quæ præcéperit nobis Dóminus, et audiémus, et faciémus, ecce quasi lux coruscationis exórta: sed dum repénte curvárent génua ante Baal, ecce coruscatio videbátur extincta.

R. Filiæ Jerúsalem, veníte et vidéte Mártyres cum corónis, quibus corónavit eos Dóminus * In die solemnitatis et lætitiae, alleluja. **V.** Quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum.

Léctio vii. Cap. 10.

In illo témpore: dixit Jesus discípulis suis: Cum persequéntur vos in ciuitate ista, fúgite in áliam. Et réliqua.

Homilia sancti Petri Chrysólogi. Sermo 10.

Vobis autem dico amícis meis, ne terreámini: quia libertátem probat virtus, metus indicat servitutem: nam liber ad gloriām, servus natus est ad timórem. Mérito ergo ad Dei amicítias sublimátur: qui propter Deum humánas déspicit mortes, nescit timóres. Si amicos morum facit imitatio, morum similitudo conjungit: conveniénter eos amicos vocat Christus, quos imitatione sua mundi jácula et ipsam mortis formidinem cónspicit et prævidet calcatúros.

B. Ego sum vitis vera, et vos pálmites, * Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluja, alleluja. **V.** Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Qui.

Lectio viii.

Vobis autem dico, id est, non ómnibus, sed amicis. Vobis autem dico, quos mors absólvit ista, non finit. Vobis dico, quos cérporis resolutio prémovet ad mélius, non transdúcit ad pœnam. Vobis dico, quibus morte vita inchoátur, non finitur. Vobis dico, quorum mors pretiosa fit, non sui qualitáte, sed causa; dum vitæ magis lucra invenit, quam vitæ perdat usúram. Sed audiámus, quid dicat amicis suis: Ne terreámini ab his, qui occidunt corpus.

B. Cándidi facti sunt Nazaréi ejus, alleluja. Splendórem Deo dedérunt alleluja. * Et sicut

lac coaguláti sunt, alleluja, alleluja. **V.** Candióres níve, nitidióres lacte, rubicundióres ébore antiquo, sapphiro pulchrióres. Et sicut. Glória Patri. Et sicut.

Lectio ix.

Audiant, qui de bono mortis véterum vétusta volúmina detrivérunt, nihil tamen inde cápere virtútis, aut consolatiónis áliquid invenire valuerunt. Quis hómini, quis sapiénti dícat: Mori natúræ est, necesse est deperire? Nobis vixérunt véteres, vivimus nos futúris, némo sibi. Quod non potest tolli, velle, virtútis est. Súscipe voluntárius, ad quod urgérís invitus. Mors ántequam véniat, non est; cum autem vénnerit, venisse nescítur. Nec ergo amisíssse te doloreas; quod cum ami- seris non dolébis. **T**e Deum.

Die 16. Maji.

S. Joannis Nepom. Mart.**Duplex.****Oratio.**

Deus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentálē silentium, nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodíre; ac ómnia pótius mala, quam ánime detriméntum in hoc sǽculo toleráre. Per Dóminum.

Pro com. præ.

Ant. Hic vir despíciens mundum et terréna, triúmphans, divítias célo cóndidit, ore, manu.

V. Justum.**Oratio.**

Deus qui ad christiánam páuperum eruditiónem et ad juvémentam in via veritatis firmándam, sanctum Joánnem Baptístam Confessórem excitásti et novam per eum in Ecclésia familiam

collegísti: concéde pótius; ut ejus intercessióne et exémplo, stúdio glóriæ tuae in animárum salúter fervéntes, ejus in cœlis corónæ párincipes fieri valeámus.

Ultimo com. s. Ubaldi E. C.

Ant. Sacérdos et Pónitifex et virtútum ópifex, pastor bone in pôpulo, ora pro nobis Dóminus.

V. Amavit.**Oratio.**

Auxílium tuum nobis, Dómine, quássumus placátus impénde: et intercessióne beáti Ubáldi, Confessóris tui atque Pontíficis; contra omnes diáboli nequítias, déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

In I. Nocturno Lect. de Script. occur.**In II. Nooturno.****Lectio iv.**

Joánnes, Nepomíni, Bohémiae oppido, unde Nepomucéni cognómen

duxit, a paréntibus ætate provectis, non sine futuræ sanctitatis præsagio, flammis supra nascéntis domum mirabiliter collucéntibus, ortus est. Cum infans in gravem morbum incidisset, beátæ Virginis ope, cui natum paréntes referébant accéptum, e vitæ periculo evásit incólumis. Egrégia indole, piáque institutione cœlestibus indiciis obsequente, inter sanctas religiosas que exercitationes pueriliam egit; nam ecclesiastam frequenter adire, ac Sacerdóribus ad aras operantibus ministrare in deliciis habébat. Zatéci politiòribus litteris ad humanitatem informatus, Pragæ vero graviòribus disciplinis excultus, philosophiæ, theologiæ, sacra rúmque Cánonum magistérium et láuream emeruit. Sacerdótio initiatus, atque a sciéntia sanctorum ad lucra animarum rite comparátus, ministé-

rio verbi Dei se pénitus addixit. Cum igitur in vitiis extirpándis, et revocándis in viam salutis errantibus, eloquéntia et pietate uberes éderet fructus, inter Canónicos metropolitanae Ecclesiæ Prágensis cooptátus. mox sibi demandatam Evangelii coram rege Wenceslao quarto prædicandi provinciam suscépit eo succéssu, ut Joánnis suásu multa rex fáceret, magnóque in honore ejus virtutes habéret. Conspicuas tamen, quas ille obtulit dignitátes, Dei servus, ne a divini verbi præcónio avocarétur, constantissime recusávit.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine
* Et æternitas téporum, alleluja, alleluja. **T.** Lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium et exultationem obtinébunt. Et.

Lectio v.

Régiis illum eleemosynis in páuperes ero-

gándis præfectum, Joánnæ regina conscientiæ sibi moderatórem adscivit. Cum autem Wenceslau ab officio institutóque decessisset, atque in vitiis præceps abriperétur, piæ autem cónjugis obtestationes et mórita graváte ferret, conténdere ausus est, ut in sacramentali judicio Sacerdóti crédito reginæ arcána sibi a Joánnæ pandéréntur. At Dei minister blanditiis primum, torméntis deinde et cárceris squalore tentálus, nefariæ regis cupiditati fórtiter óbstitit. Furéntem tamen Wenceslai ánimum cum ab exercitando propórito nec humána nec divina jura deterrérent, suprénum agónem, quem instáre sibi athléta Christi noverat, populo in concione de impendéntibus etiam regni calamitatibus admónito, non obscurè prænuntiávit. Mox Boleslaviam profectus, ad

beátæ Virginis imáginem antiquo cultu célebrem cœlestè præsidium ad certandum bonum certámen effúsis precibus implorávit. Inde vespere reverténtem in pervigilio Dominicæ Ascensiónis rex e fenestra conspicátus arcéssit: cumque vehe-méntius urgéret, et próximam in aquis, si ob-luctári pérgeret, submersiónem intentáret, Joánnæ invicta constántia terróres minásque refutávit. Itaque regis império in Moldávam, flumen Pragam intérfluenst, noctu dejéctus, illústrem martyrii corónam est consecutus.

R. In servis suis alleluja. * Consolábitur Deus, alleluja. **V.** Judicabit Dóminus populum suum et in servis suis. **C.** Consolábitur.

Lectio vi. ovon **S**acrilegum fácinus clam patrátum et mártiris glóriam insigne prodígium divinitus patefécit.

Ubi enim exámine cor-pus secúndo flúmine ve-hi cœpit, ardéntes faces aquis supernatántes et discurréntes apparué-runt. Quámóbrem ex aréna postridiens mane corpus elátum canónici deinde, regis iram nihil timéntes, in metropoli-tánam ecclésiam solénni-pompa intulérunt, et se-pulturæ mandárunt. Cum autem in dies invicti sa-cerdótio memoria miráculis et máxima fidélium, eórum præcipue, qui fa-ma periclitántur, vene-ratiōne crēseret, post annos demum amplius trecéntos in jurídica re-cognitiōne córporis, quod sub humo támdiu jacué-rat, língual ejus incor-rupta et vívida repécta est, quæ sexto post an-no judícibus a sede apo-stólica delegátis exhibita, novo prodigo repénte intúmuit, et subobscúrum rubórem in purpúreum commutávit. His itaque aliisque signis rite pro-

bátis, Benedíctus déci-mus tertius póntifex máxi-mus die décima nona mensis Márpii anno sa-lútis millésimo septin-gentésimo vigésimo nono primum hunc sacramen-tális sigilli assertórem, arcáni fidem sanguine obsignántem, sanctórum mártirum catálogo ad-scrípsit.

R. Filiae Jerúsalem ve-nité et vidéte Mártires cum corónis, quibus cor-onávit eos Dóminus. In die solemnitatis, et laetitiae, alleluja. **V.** Quóniam confortávit seras portárum tuárum, ben-e-díxit filios tuos in te. In. Glória Patri. In.

In III. Noct. Homilia in Evang. Nihil est opertum de com-muni unius M. extra temp. Pasch. 3. loco.

Pro s. Ubaldo E. C.

Lectio ix.
Ubáldus, Eugúbii in Umbria nóbili génere natus, a primis annis pietate et litteris egrégie est institútus; jamque

adoléscens, ut uxórem dúceret, sæpe tentátus, numquam tamen a pro-pósito servándæ virginitatis recéssit. Sacérdos efféctus, patrimónium

suum paupéribus et ec-clésiis distribuit. Canonicórum regulárium órdinis sancti Augustini institútum suscipiens, illud in pátriam tráns-tulit. Ab Honório se-cundo summo Pontifice ecclésiae Eugubinæ in-vitus præficitur, et episcopális consecratiōnis múnere decorátur. Factus forma grégis ex áni-mo, de consuéta vivéndi ratio-ne nihil admodum immutávit, et in omni virtútum génere enítuit. Diútius infirmitatibus afflictus, Deo indesinénter grátiás agébat. Quum multis annis ecclésiam

sibi commissam summa-cum laude gubernáasset, sanctis opéribus et miráculis clarus, quiévit in pace.

Te Deum.

In Laud. pro com. s. Ubaldi E. C.

Ant. Euge serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dó-minus. **V.** Justum. Oratio Auxiliū.

V. a cap. de seq. com. præ.

Ant. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelu-ja, vos éligit Deus in hereditátem sibi, alleluja. **V.** Pretiósā. Oratio. Deus qui ob invictum.

Deinde com. s. Ubaldi E. C.

Ant. Amávit eum Dó-minus et ornávit eum, stolam gloriæ induit eum et ad portas paradisi co-ronávit eum. **V.** Justum. Oratio ut supra.



INDEX.

- — — — —
- Geroldi C. dupl. 19. Aprilis. 7
 Joannis Nepomuceni M. dupl. 16. Maii. 29
 Translatio s. Cassiani E. M. dupl. 1. class. cum oct. i
 Sabb. ante Dom. II. post Pascha. 11
 — — Feria II. infra oct. 17
 — — Feria III. infra oct. 21
 — — Sabbato, in die oct. dupl. maj. 25
 Ubaldi E C com. 16. Maii. 32



INDICES

I

INDEX PSALMORUM NUMERICUS

Psalmus	pag.	Psalmus	pag.
1 Beatus vir . . .	43	24, iii Oculi mei . . .	145
2 Quare fremuerunt	44	25 Judica me . . .	188
3 Domine, quid . .	94	26, i Dñs illuminatio .	107
4 Cum invocarem . .	77	26, ii Exaudi, Domine .	108
5 Verba mea . . .	92	27 Ad te, Domine . . .	108
6 Dñe, ne in furore .	122	28 Afferte Domino . . .	93
7, i Dñe, Deus meus .	122	29 Exaltabo te . . .	90
7, ii Justum adjutorium	123	30, i In te, Domine . . .	110
8 Dñe, Deus noster .	45	30, ii Miserere mei, Dñe	111
9, i Confitebor tibi .	46	30, iii Quam magna . . .	111
9, ii Psallite Domino .	46	31 Beati quorum . . .	113
9, iii Ut quid, Domine .	47	32, i Exsultate, justi .	114
9, iv Exsurge, Domine .	48	32, ii Beata gens . . .	115
10 In Domino confido	48	33, i Benedicam Dñm .	210
11 Salvum me fac . .	165	33, ii Venite, filii . . .	210
12 Usquequo . . .	165	34, i Judica, Domine .	128
13 Dixit insipiens . .	84	34, ii Surgentes testes .	128
14 Dñe, quis habitabit	85	34, iii Confitebor . . .	129
15 Conserva me . . .	165	35 Dixit injustus . . .	223
16 Exaudi, Domine .	85	36, i Noli æmulari . . .	130
17, i Diligam te . . .	86	36, ii Melius est . . .	130
17, ii Misit de summo	87	36, iii Os justi . . .	131
17, iii Et dedisti . . .	88	37, i Dñe, ne in furore .	182
18, i Cæli enarrant .	101	37, ii Amici mei . . .	132
18, ii Lex Domini . . .	101	38 Dixi: Custodiam .	133
19 Exaudiat te . . .	89	39, i Exspectans . . .	151
20 Domine, in virtute	90	39, ii Annuntiavi . . .	152
21, i Deus, Deus meus .	275	39, iii Confundantur . . .	152
21, ii Circumdederunt .	276	40 Beatus qui . . .	154
21, iii Qui timetis . .	276	41, i Quemadmodum .	155
22 Dominus regit me .	233	41, ii Ad meipsum . . .	155
23 Domini est terra .	101	42 Judica me . . .	135
24, i Ad te, Dñe, levavi	144	43, i Deus, auribus . .	157
24, ii Dulcis et rectus .	145	43, ii Nunc autem . . .	158